



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CXCII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

## REGULA CXCI.

1 Sententia arbitri potest incontinenti quodcumque mutari, secundum Bal. in l. quia arbitr. ij. lect. nu. i. ff. de arbit. quod secus est in sententia diffinitiva, secundum eundem in l. ij. C. de sent. & pericu. recitand. quia lata sententia illico ius est quæsitum parti, & ideo mutari nullo modo potest. hoc uerum dummodo in mutatione sententię nullum temporis spatium interueniat ex quo decerni possit ius parti esse quæsitum, & ita intelligitur dictum Bal. in d. l. quia arbitr. supra, & ita Petrus Duennas in regula 59. limit. 2. attestatur, si hoc ilico & incontinenti per arbitrum corrigatur.

1 Amplia. ut non solum arbitri possunt mutare eorum sententiam interlocutoriam, sed etiam diffinitiuam, ante quam eam iurent, maxime quando partes dederunt arbitris libertatem & auctoritatem seruata iuris solemnitate, uel non. pro ut melius & conuenientius eis uidebitur & placuerit quæ clausula operatur, ut omnes solemnitates iuris uidentur sibi esse remissæ secundum consi. Cæpolæ, nu. 30. in ciuilib. fol. 30. nu. 12. ubi plura in materia adducit, Corn. consi. 239. per totum uol. 3.

1 Amplia. quod sententia arbitri lata de nocte tenet secundum glo. in c. consuluit de offic. deleg. Blanch. q. 9. nu. 47. uers. contrarium tenet in suo tract. de comprom. ubi multa accumulatur, & ponit 5. limit. quod not.

## REGULA CXCIII.

1 Subditi an possint alienare bona subiecta restitutioni per fideicom. Alex. & communiter doct. dicunt, quod in duobus casibus uendi & alienari nullo modo possunt, uidelicet pro debito ciuili, & pro delicto commisso, sed pro dote & pro redemptione ab hostibus bona restitutioni subiecta, & uendi, & alienari possunt. secundum Auct. res quæ. C. communia delegat. & auct. contra qui rogatus. C. ad trebell. & ibi Bal. col. 2. uers. si autem quis  
P esset